

Philippus Decius super Decretalibus.

rum de preben. et in his late insistant moder. hic. Sed aduertendum est quod non largo modo ut glo. et doc. dicit sed proprie appellatio beneficii prebende et maiora beneficia comprehenduntur: quod beneficium est genus. c. tua. de ver. sig. ergo omnes species comprehendit et quidem proprie: quod talis est natura generis. ut no. Bal. in l. ii. C. de iur. an. nu. et plus et minus non differunt. Spec. l. ii. ff. de iur. in iur. Non obstant iura in quibus pariter videtur quod sub nomine beneficii non comprehendatur beneficium curatum. ut in. c. ii. in illis. in prin. de preben. in vi. nec etiam beneficium quod habeat dignitatem. ut habetur in. c. fin. de preben. quod in iuribus prealle. non negatur quin de proprietate sermonis et de vi verborum talia beneficia comprehendatur. sed in illis casibus receditur a proprietate verborum propter intentionem summi pontificis. Et istud est quod illa iura faciunt vim in intentione summi pontificis. d. c. fina. ibi intentio nostra. et in. d. c. c. in illis. ibi intentionis nostre non videtur. quod dispositio indefinita non equipollet vniuersali quod est diuersa ratio. ut no. per Dy. in rub. de reg. iur. et no. Bart. in l. ii. pluribus. de leg. ii. Secundo non videtur verum quod in materia stricta prout est quod mandatur prouideri de beneficio non comprehendatur prebendam quod in contrarium est tex. in. d. c. p. illorum. de preben. Nec obstat responsio doctorum quod ideo ibi illud sit: quod dicitur fuit de competenti beneficio: quod hoc semper intelligitur etiam si mandatum simpliciter prouideri de beneficio: quod de competenti intelligitur. ut est tex. in. c. ii. de supplen. neg. prela. facit glo. hic in verbo competenter. et in. c. ii. deo. de rescript. et in. c. coquerente. de cle. non res. ¶ In glo. si. Abb. infert ad duas questiones. Prima est an in literis ad beneficia debeat fieri mentio de patrimonio. et in effectu Abb. concludit quod contra ad validitatem literarum non est opus facere mentionem de patrimonio. et hoc siue sint litere gratie siue iustitie. quia de hoc non opponitur in vim dilatorie. ut Abb. post Jo. an. et alios hic dicit. Sed ad merita cause opponi potest in literis que sunt de iustitia secus in gratiosis. ita Abb. in effectu hic. Sed aduertendum est quod in literis iustitie etiam si videtur opus esse quod opponatur: quod litere que sunt de iustitia si in eis commune seruari debet pro pauperibus siue earum natura. unde si quis habet patrimonium episcopus illi prouidere non debet: dato quod non opponatur in literis gratiosis etiam conclusio doctorum non est vera simpliciter: sed pendet a questione sequenti de qua statim dicam. ¶ In. ii. q. Abb. concludit post alios quos refert quod licite clerici viuere possint de redditibus beneficiorum licet abudent patrimonio. et idem latius Abb. tradit in disputatione titius clericus. in. ii. dubio. et in. c. episcopus. de preb. cum simili. ut per moder. hic. et idem late And. sic. in trac. de preb. card. in. vi. quest. prin. Et ista conclusio fundatur potissime in duobus. Pri-

mo in illo generali dicto qui altari seruit de altari viuere debet. et cum secundum de preben. Ista enim ratio militat etiam in clericis abundantibus patrimonio: et quod stipendia dantur secundum merita clericorum. ca. si. in. q. ii. et quod tex. ibi dicit omnes clerici: ergo in illa vniuersali omnes includit siue diuites siue pauperes sint. ut Abb. concludit in disputatione s. allegata. et licet cum istis rationibus transeat posteriores hic et in. d. c. episcopus. tamen efficaciter non videntur. Nam primo illa ratio qui altari seruit de altari viuere debet intelligitur de pauperibus: ut ipse Abb. hic dicit per tex. ubi est casus in. c. sacerdos. f. q. ii. nec ob. responsio Abb. quod illud esset in primitiua ecclesia: quod respondetur quod hoc postea mutatum nullibi reperitur. et tex. in. c. cum secundum. quod hoc simpliciter dicit intelligitur secundum iura antiqua. ar. l. non est nonum. ff. de legi. Non obstat tex. in. c. si. ubi dicit quod stipendia tribuuntur secundum meritum. quod hoc intelligitur de clericis pauperibus. et ad hoc facit ille tex. ubi dicit secundum ordinationem canonum. Postremo non obstat ille tex. in illa vniuersali ubi dicit omnes. quod cum superiori anno ille tex. in publica disputatione padue adduceretur responsum fuit quod illa dicitio omnes intelligeretur de habilibus sic de pauperibus. et fuit ista responsio qua tradit And. sic. in. d. trac. de preban. card. in. vi. q. Ego autem in illa disputatione aliud verum et naturale responsum dedi quod etiam aduersarij negare non potuerunt. vicesbam enim illam dictionem omnes vniuersaliter accipi secundum eius naturam: sed aliter accipitur quod Abb. dicat. nam clericos de quibus loquitur qualificare debet hoc modo: videlicet omnes clericos. maiores et minores. alij enim clerici maiores sunt: alij minores. cum tibi. de ver. sig. et quod Abb. dicit non placet dum inquit omnes clericos: ergo diuites et pauperes. quod diuitie clericos non qualificant. si dicatur omnes clericos ergo nigri et albi. talis namque sensus non bene consonat. intelligendum igitur est ut dicit omnes clericos. maiores et minores siue in sacris siue in minoribus ordinibus. et pro isto intellectu benefacit tex. ille dum inquit quod omnes clericos accipiunt stipendia secundum meritum quod maiora maioribus et minora minoribus clericis stipendia debentur. et hoc breuiter sufficiant pro hac vltima lectione presentis anni. Claudite iam riuos pueri sat prata biberunt.

Summo Deo Lans.

Pro patria quondam Decius pugnavit vterque.
Hunc patriam Decius legibus instituit.

Commentariorum super tit. de rescript. clarissimi vtriusque iuris interpretis. d. Philippi Decii Mediolanensis finis optatus apparet.